

Natura semper ex possibilibus facit quod melius est.

Cor est principium naturalis caloris et vite animalis: unde destructo cordis calore destruitur et animal.

Vita conseruatur per calidum et humidum.

Feuina calefacientia situm faciunt.

Ex lib. aristotelis de motibus animalium

Omnis motus requirit aliquod fixum circa quod fiat.

Et cum necessario est corruptibile.

Aduens innatum est appetibile.

Virtutes similes: sunt non passibiles adinuices secundum autem earum excessus sic patiuntur adinuicem.

Ad autem quod secundum se et simpliciter est imobile: a nullo potest moueri. unde dicit homerus. Si omnes diu: omnesque deo multum laeozar erent. non mouerent Ioue3 summum de celo in terram.

Aduens est prius moto et generans generato sed nihil est prius seipso. ergo nihil generat seipsum vel mouet. sed saluat.

Appetibile est primum mouens in animali: et est mouens non motum. sed appetit motum et est mouens et motum.

Quocumque non ratiocinantes operantur: velociter operantur.

Principium motus in animalibus est in corde vel est ipsum cor.

Motus cordis non est voluntarius. sed naturalis.

Existimandum est animal constare quemadmodum in ciuitate bene legibus rectam et mutam: principem eius interesse singulis operationibus ciuitatis non est necesse. quando scilicet in ciuitate bene stabilitus est ordo. sic non est necesse animam existere in qualibet parte corporis: sed in primo vno tantum. scilicet in corde. vix est quantum ad potentiam motiuam.

Propositiones vniuersales aristotelis libri primi de animalibus.

Quemadmodum pluma est in aibus: squama in piscibus.

Omnia animalia que gignunt sibi similia: habent oculos preter talpam: que est priuata oculis. secundum quod apparet quia non videt omnino. sed si aliquis scindat corium: quod est super loca oculorum subtiliter: inueniet loca

oculorum eius.

Nobilissimum et altissimum et apud nos notius et magis fixum animal: est homo.

Sicut omnia metalla: et omnia frustula auri et argenti ad aurum mundissimum comparata manifestantur. ita dispositiones omnium animalium manifestant. cum ad hominem comparantur.

Partes corporis hominis create sunt et posite: secundum creationem et situm totius mundi.

Umbilicus est radix ventris.

In crebro oino non est sanguinis neque vena

Non mouetur facies in aliquo animali nisi in homine.

Frons magna significat ponderosum: non declinantem ad stulticiam.

Frons parua significat bonitatem motus.

Frons larga significat prauitatem discretionis

Frons rotunda si significat iracundiam.

Omne animal habet aures: habet et ipsas mobiles preter hominem.

Aures multum preminentes et magne: significant stoliditatem et garrulitatem.

Sternutatio semper que fingunt omnes est signum verificationis dicti.

Nasus elephantis est longus et fortis: et conuertitur loco manus in accipiendo cibum et potum: et alia necessaria quibus indiget.

Os colli leonum est continuum.

Splen hominis similis est spleni porci.

Superior venter hominis. i. stomachus assimilatur ventri canis: inferior vero ventri porci

Extremitas virge virilis dicitur preputium.

Situs cordis est in medio pectoris: sed in boie modicum declinat ad sinistram partem.

Secundi de animalibus.

Dentes canum iuueniu sunt albi et acuti senium vero obtusi et nigri.

Denticuli plurium dentium sunt quasi semine.

Dentes equi cum senescunt albefcunt.

Omne quadrupes generans sibi simile habet dentes.

Homo in comparatione corporis sui: habet paruum os.

Non est naturaliter vtens manu dextra sicut sinistra.

Simia vtitur manibus sicut pedibus: quonia sunt compositae ex manu et pede.

Ale auium sunt in eis loco manuum.